



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 2. Spes in solo Deo. Ex Veteri, Ex Novo. Ex Patribus, & alijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Flos est spes fructus. Hugo. Card. in Psal. 27.

Manus illius plena hyacinthis. Cant. 5. 14. Manus Domini plenae sunt hyacinthis: quia omnis ejus operatio nos ad spem, & desiderium supernorum excitat. S. Thom. Aqu. hic.

Benedictus vir, qui confidit in Domino. Et erit quasi lignum. Jerem. 17. 7. 8. q. d. sperans in Deo, erit quasi arbor felix, & Deo sacra. Hic similis lauro. Sicut enim fulmen, quidquid invenit in terra, ferit, praeter laurum, ut ait Plinius l. 2. c. 55. sic magna calamitas omnia potest auferre, sternere, praeter firmam Deo nixam virtutem. Cornelius hic.

Quis est ex vobis homo &c. Matth. 7. 9. In ovo indicatur spes. Huic contrarium posuit scorpionem, ejus aculeus venenatus retro timendus est: quia mortifera desperatio in fine est formidanda. V. Beda hic. Spes, quantum mihi videtur, ovo comparatur: spes enim nondum pervenit ad rem. Et ovum est aliquid; sed nondum est pullus. S. Augusti, de Verb. D. secundum Luc. 1. 29.

Galeam salutis assume. Ephel. 6. 17. Galea militis Christiani, est salus allata a Christo, & sperata a Christianis; hoc est spes salutis. Sic enim se explicat Paulus 1. Thess. 5. 8. *induti loriceam fidei, & charitatis, & Galeam spem salutis.* Sicut enim Galea principem corporis partem, id est, caput ipsum, a quo altera membra, totusque homo pender, tuetur: ita spes salutis, & gloriae caelestis, communit, & servat caput, id est, hominis cogitationes, fines, & intentiones. Cornelius hic.

Ex Patribus, & aliis.

Spes, velut anchora, quanto minus in arenis fragilibus, & fluidis, humani auxilii figitur, tanto solidius, & certius, supra firmam petram, quae Christus est, defixa stabilitur. Joan. Gerson, de consol. Theologiae l. 1.

In ovis gallinarum, sive aliarum avium, nihil videmus de carnibus, nihil de sanguine, nihil de ossibus, nihil de pennis; nihil de his, quae futura sunt; ut ex eis pulli, avibus incubantibus, fiant; sed quaedam spe. Hoc idem in jactis terrae seminibus accidit, & speratur. Sic in his, qui salvandi sunt, nihil apparet illius beatitudinis, quam possidebunt; sed totum agitur in spe. Sim. Cals. l. 7. c. 32.

In Germania superiore moris, & juris est alicubi: unicum est gallina ovum curru impositum ad loci dominum devehere. Ille pro ovo solium vini dat revehendum. Toparchae illi gratius est tale ovum, quam plaustrum vini: siquidem non ovum; sed jus suum, & spem utendi juris, sub ovo considerat. Spes beatitudinis unicum in plaustro grandi est ovum; idque longè charius, quam mille optimi vini plaustra. Drexelius de Caelo l. 1. c. 4. §. 3. Spes arbor benedicta est, fructus uberes habens; eum à misericordia DEI abundanter irrigetur.

Polyanth. Sacra Tom. II.

S. Thom. Aqu. opusc. 38. de erudit. princip. l. 2. c. 5.

Spes in praesenti tempore, est quasi quadum Vigilia solennitatis aeternae: ipsa in hyeme praesentis exilii habet quasi tempus vernum, & floridum, id. ib.

Sicut per tubum opticum remotissima quaeque, velut praesentia, & ob oculos posita, videntur; idem spes facit, ac caelum nobis exhibet in terra, ut eò nos recreet. Joan. Rho affect. spei 17.

Anchora infixata intrà petram, Lem. *Aspera spem firmant. Probatio spem operatur.* Rom. 5. 3. 4.

Lucerna, licet extincta, si modò adhuc spirat, flammam in se lapsam ex alto sperat, & accipit. Lem. *Dum spiro, spero. Post tenebras spero lucem.* Job. 17. 12. Hefius.

Concha in litore ad orientem solem panduntur, Lem. *Spes dilatat. Bonus Dominus sperantibus in eum, animae quarenti illum.* Thren. 3. 25. Hefius.

Ignis sub cinere, Lem. *Spes clauso tuta sepulchro est. In me omnis spes vita.* Eccl. 24. 25.

Spes abit in cineres; sed abit, mansura sub illis. Spes fatis hic semper, quò foveatur, habet.

Id.

§. II.

Spes in solo Deo.

Ex Veteri.

Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Job. 19. 23. scilicet, quos dicturus lum de spe, quam in Deo firmavi, nè oblivione deleantur. Solent autem ea, quae a tramento scribuntur, per longinquitatem temporis deleri. Sunt autem hi sermones, quos tantà diligentia vult servari: scio, quòd Redemptor meus vivit &c. S. Thom. Aqu. Lect. 2. hic.

Sperantem in Domino misericordia circumdabit. Pl. 31. 10. Hoc est spei, quae in Deo collocatur, singularissimum privilegium; quò caret omnis spes humana. Nam ad consequendam à rege dignitatem, quando inter homines unquam auditum est, ut inter merita numeretur spes? quòdo illius in supplicibus libellis unquam facta est mentio? Quis unquam Principi dixit? hoc mihi largire, quia speravi. Rideretur ejusmodi postulatio; & in aulis fabula fieret, qui in spe sua rei caput porteret. O liberalissime Deus! quòto melior est conditio servorum tuorum? ipsa spes donorum tuorum eis reputatur pro merito: sperare est meruisse. Rho affect. spei 36.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum speravimus in te. Pl. 32. 22. Theodoretus hic: sermo fiduciae: metire misericordiam spe mea.

Ponere in Domino Deo spem meam. Pl. 72. 28. Exponit verbum, quòd prius dixit: ille enim adheret Deo, qui spem suam ponit in Domino: quia nihil potest esse beatius, quam illi omnia committere; qui novit suis cultoribus congrua profutura praestare. Cassiodorus hic.

R r r

Qui

con-
nem,
quòd,
dum
amo.

I.
non
gu-
are,
Dei:
cum
2. 5.

stis,
quòd
tio-
c. de

mt.
s ab
cir-
pen-
nan-
fia:
llis.
clo-
gnæ
tus.

Se-
ad-
en-
in
or;
de
im
vi-
nit.
io-
ta-
gi;
n,
ur.

ni-
n-
lis
n.
n-
e-

od
as
ui
ni-
ex
o-
e,
9.
er.
ui

Qui habitat in adjutorio altissimi. Pf. 90. I. Habitare permanentis est, non discedentis; qui totam spem suam, non in propriis viribus ponit, sed in Altissimi voluntate constituit. Casidorus hic.

Sub pennis ejus sperabis. Pf. 90. 4. Plutarch. Sympos. reliquarum avium pennæ, si cum aquilarum pennis componantur, pereunt; defluentibus ob putredinem plumis: Id habet quoque Aristot. animal. l. 9. c. 2. Dei pennæ, aquila pennæ sunt. Deut. 32. 11. *Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos.* Si illius ergo pennis nos, ac nostra, credere velimus; necesse est, ut defluant pennæ aliarum avium, id est, ut illi adhæreamus. Isa. 40. 31. *qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* &c. Octavianus in Eccl. 2. 9.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. 1. 1. Ratio, cur non compararet ubera botris, vel lac vino; sed ubera vino: quia in ubere & botro, solum est lac, & vinum, in spe; extra verò, est in re, & possessione: quia melior est spes divinæ providentiæ, & lactis ejus; quam possessio quarumcunq; rerum terrenarum. Unde merito à Religiosis contemnuntur, propter solam spem futurorum; quæ divinæ providentiæ, & promissioni, innititur. de Ponte hic Exh. 18. §. 3.

Ego flos campi, & lilium convallium. Cant. 2. 1. Quia illis mentibus meam præcipuè gratiam tribuo; quæ, nullam spem in se habentes mihi se humili devotione committunt. S. Thom. Aqu. hic.

Respicite filii nationes hominum; & scitote, quia nullus speravit in Domino, & confusus est. Eccl. 2. 11. Quod ratione hucusq; efficere conatus est, ut homines, ad collocandam in Domino spem suam, alliceret; nunc inductione conatur eorum, qui, sperantes in Dei misericordiam, spei suæ fructum uberem receperunt. Eodem argumentò usus est Mathathias filios exhortans I. Mach. 1. 51. *memento operum Patrum.* Et post enumeratos Abraham, Joseph &c. ait: *& ita cogitate per generationem, & generationem: quia omnes, qui sperant in eum, non infirmantur.* v. 61. Idem habet David Pf. 113. 9. & Pf. 21. 5. Octavianus hic.

Nullus speravit in Domino, & confusus est. Eccl. 2. 11. Confundi, est spe frustrari: maximè enim confunditur, qui, quod petit, non impetrat. Pf. 24. 2. *Deus meus, in te confido; non erubescam.* Id. ib.

Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator, ponetur in ea murus, & antemurale. Isa. 26. 1. suffecisset, quòd Salvator murus ponatur; cur etiam antemurale? Nè unus quidem lapis sit, præter ipsum, in quo humana spes nitatur. Et non solum oculi septem, juxta Zachariam; sed omnes oculi, sint super lapidem unum. Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 19.

Et crediderunt viri Ninivita in Deum. Jon. 3. 5. Nemo est in tota Ninive, qui Jonam conveniat, ei vel verbum faciat; sed omnes, relictò Prophetà, ad unum Deum confugiunt. S. Ephrem in Jon. videbant Ninivita Prophetam

durum, ac sævum; relictoq; durò, ad Deum misericordem confugerunt. Id. ib.

Quis tu mons magne coram Zorobabel? Zach. 4. 7. Mons hic, omnes æmuli & potentes adversarii Judæorum; qui volebant, aut certè facillè poterant, impedire fabricam templi. Chaldæus: *quid tu reputaris regnum stolidum coram Zorobabele? nonne quasi vallis?* q. d. quid sunt Monarchæ Perfidis, qui videntur esse montes excelsi; ut se tibi, ó Zorobabel opponant in fabrica templi? Ecce ego eos in planitiem deducam, id est, humiliabo coram te. - Spes ergo in Deum omnes montes complanat. Cornelius hic.

Orietur vobis timentibus nomen meum sol justitiæ. Malach. 4. 2. ut, oriente sole, nemo est, qui ad stellas aspiciat; sic, oriente Christo, & stellæ, & quævis alia fallacia auxilia, cripiuntur homini. Id. ib.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Modice fidei, quare dubitasti? Matth. 14. 31. Quantum in nobis confidentia in Deum crescit, tantum etiam augetur divinum auxilium: pari enim passu utrumque recedit, & procedit. Octavianus in Eccl. 2. 15.

Respicite, & levate capita vestra. Luc. 21. 28. hoc est, corda ad Deum erigite; in ipso confidite, atque per spem animas vestras exhilarate. Dion. Carthuf. hic.

Quemadmodum nec quidquam aliud, præter Deum, colere oportet: sic nec in alio sperare, quam in DEO omnium Domino fas est. S. Basilius in Pf. 7.

Quemadmodum infans non novit seipsum curare, vel ornare; sed solum oculos convertit ad matrem, flens; donec misericordiâ commota illum suscipiat: sic fideles animæ in solo Domino spem habent perpetuò. S. Macarius hom. 31.

§. III.

Motiva alia.

Ex Veteri.

Altare de terra factetis mihi. Exod. 20. 24. Altare de terra Deo facere, est in nostri Redemptoris Incarnatione sperare. Tunc quippe à Deo nostro munus accipitur, quando in hoc altari nostra humilitas, id est, super Dominicæ Incarnationis fidem posuerit, quidquid operatur. B. Petrus Dam. l. 2. ep. 5.

Adhæreatis Domino Deo vestro. Jos. 23. 8. Masius hic: adharere Domino, est, omnem spem in eo solo collocatam habere; nihilque opis aliunde, sive ex cælo, sive terrâ, expectare; cujus ipse non sit fons, & auctor.

Conserva me Domine, quoniam speravi in te. Pf. 15. 1. Hæc una res est, quæ facit nos à Deo impetrare, quod petimus: cum scilicet nos impetraturos speramus. Idiota hic.

Spes mea ab uberibus matris meæ. Pf. 21. 10. Qui depingunt imagines virtutum, scitissimè arbitratur se facere, si spem juvenili formâ effingant. Ego tamen aliter sentio: nam velim efformari, quam maximè potest, canam; elegan-